matrē osculando tetigit. nō despiciendo nātria; sed culpā refugieōo. Cum enī qdā matrona nobilis ei⁹ pulcitudine capta clam vellit eius aratē cubiculū. tota nocte plateas vr̄b circūuit. & ad eius cubiculū custodiētib⁹ āgelis puenīte nō potuit. Vn̄ in crastinū ad pedes ei⁹ p̄voluē. & reñiam petens. crīmen qdā cogitauerat corā omnib⁹ p̄fiteē. Post decessū sancti siluestri. marcus papa ordīnauit eum p̄sbitez. eo q̄ cōstantia fidei in eo p̄polleret cū iam esset. l. annoz. Cuz ergo ordinatus fuisset. tanta sanctitatem clariuit. ut in missarū solennijs inter manus eius sacrū mīsteriū apparēt. Post hoc iulianus papa vīdens arrianos sub constantio p̄ualere. p̄secrauit euz vībis vercellis ep̄m que tūc obtinebat inter alias vībes p̄tiale p̄mīpatum. Cum autē vercellis ingressus fuisset. facientib⁹ hereticis cūctaz ecclesiaz hostia clausa sunt ut nullus intraret. Coperiens autē beatus eusebi⁹ tantā eoz maliciā. ante hostiū maioris ecclesie. q̄ est beate marie virginis. flexis genib⁹ orauit. & statim eo surgente. omnia hostia aptā sūt ac diuinus reserata ac si mīmīe clausa fuissent.

.LIII. **D**e cōstantia ei⁹ p̄tra arrianos.

Om̄ autē beatus eusebius omnes pūni- cias occidentis. & sanctz athanazi⁹ to- tam ecclesiā orientis ab arrianoz peste sua p̄dicatione purgarent. Cōstantius imperator eos ab ecclesia in exiliū p̄pellere laborabat. At vō eusebius intantū p̄secut⁹ est arrianos. ut auxen- tiū hereticū mediolanensem ep̄m ab omnib⁹ xp̄ia nis expalsum damnaret. & p̄ eo sanctū virū dyo- nisium ep̄m ordīnaret. Vnde iratus constantius p̄tra eusebiū cōcilia ḡgregauit. & multas cū ep̄is ei literas misit. sed ille eoz ḡsortia fugiens. sciens maliciaz in multitudine p̄ualere. venire noluit. & suā senectutez opposuit. Vnde imperator statuit p̄tra eius excusatione in mediolanēi vr̄be q̄ p̄pe erat cōciliū celebrari. quo. cū ip̄e imperator venis- set & collecto ep̄oz cōcilio eusebiū deesse videret misit ad eum literas ut veniret. Sed cū ille veni- re tardaret. & imperator liberū papā & quodā alios expectaret. iussit arrianos ep̄os fidem suam describere. & sancto athanasio licet absente dam- nato. catholicos q̄ aderant fecit subscrībē. Quoz prim⁹ dyonisius mediolanensis fuit. Cū ergo eusebius de vr̄be vercellis ex̄ret. & multa se passu- rum p̄diceret. ad quendā flauiuiz deuenie. Nauis autē ex alia ripa fluminis p̄cul ei at que statim eo iubente ad eum venit. & ip̄m cū socijs nullo gu- bernante transfueit. Tūc obuians ei p̄dictus di- nisius p̄cidit ante eum dicens. peccavi pater li- bera me si vales. Venerūt itaqz simul in ecclesiam. vbi papaliberius cū catholicis ep̄is fidē niceni cō- ciliū ḡfirmabat. & ip̄e eusebi⁹ & p̄fatus dyonisiz eidem fidei subscrīpserūt. Vocatus autē eusebius ab imperatore. cū nec minis nec blandicijis moue- ret. coram omnib⁹ dixit. Vos dicatis filiū minorē esse patre. cur michi meū filiū & discipulū p̄culis- stis. Non em̄ discipulus super maijstrū. nec filius super patrem. Qua illi ratione p̄moti. statim ciro- graphū quē subscrīpserāt & cui dyonisius subscrī- pserat obtulerūt. & ait illis. Nō post filiū scribā cui p̄sum auctoritate. sed istuz incendite nouūqz cui subscrībā si vultis scribīte. Sicqz nutu dei in- census est cirographus. cui dyonisiz & ali⁹. xxix. ep̄i subscrīpserant. Rursqz arrianī aliū cirogra- phum citius p̄scripserunt. ut eusebius & ali⁹ sub-

scriberent. Sed cū nullatenus ḡsentiret. gaudere catholicī ceperūt. q̄ ipsi qui coacti subscrīpserāt cirographū illū ab ep̄is arrianis incensū videbāt.

.LIII. **D**e passionib⁹ ei⁹ & obitu.

Vnc iratus ḡstantius. tradidit eusebiū volūtati arrianoz. qui statim eū ab alijs ep̄is abstrahentes. & eū fortiter flagel- lantes traxerūt p̄ gradus palatijs a sumo vīsqz ad imū. & rursū ab imo vīsqz ad sursum. Cūqz lapidib⁹ gradū quassato capite multū sanguinē iā fudis- set. & adhuc eis ḡsentire non vellēt. iūctis retro manib⁹ eū per collū trahebant. extorquere volē- tes ut eis consentiret. ip̄e autē quasi nichil passus ḡstanter dicebat se in sua manere ḡfessione & pro ea libenter occūbere. Tūc decreuit cōstanti⁹. vt omnes ep̄i qui eius exemplo fuerant aīati. in exīliū mitterent. Hilarius igīt pictauensis & pau- linus treuerensis. & dyonisius mediolanensis. cū liberio papa p̄pter fidē in exiliū deportan̄t. Euse- bius vero in cauea constrictus reclusus est apud sercopolim vr̄bem palestīne in tribu manasse. que & bethsan nel domus nisan. id est. domus mīmī- corz vocaē. Et qz schīte eā ḡdiderūt. schītopol ap- pellaē. Videntes autē arrianī. q̄ ibi ḡstītūtū circū spicere poterat. inde abstractū negato cibo & po- tu in domo angustissima recluserūt. Cūqz ibi. vij diebus ieūnasset. & hoc custodib⁹ intūmasset. pie- tate moti in aliud eū hospitiolū receperunt. p̄mit- tentes ut eū quilibet vīlitarēt. sed non diu. xxv. em̄ die arrianī hospitiū irruūt. & euz rapientes in tali ergasculo circūclūdūt. ut esset illo lōgitudine breuior. latitudine angustior. ita ut curuatus nec pedes extendere nec le in latus alterz vītere. nec aliquē suoz posset videre capite depresso. hume- ros tantū & cubitos mouere valebat. & nisi eum angeloz reuearec visitatio. humanuz corpus tan- tam iniuriam tādiū sustinere non posset. Sed qui ionam in ventre ceti seruauit. & hunc ita vīsqz ad exitū cōstantij custodiuīt. Julian⁹ igīt imperator ei succedens. volens placere omnib⁹. iubet exilia- tos ep̄os reuocari. & tēpla deoz aperīti. et pace frui sub lege qua quisqz vellet. et sic inde exiens eusebius ad athanasiu venit. et historiā ei sue pas- sionis exposuit. Inde veniens ad liberū papā ab ip̄o gratanter acceptus est. Sic etiā defuncto iu- liano. iouiano regnante sopitis arrianis eusebi⁹ vercellis rediit. et eam populus cū magna exulta- tione suscepit. Sed itez valente regnante arrianī repullulāt. et otra eusebiū dioceses visitantē sedi- tionē excitant. et vallata domo eius. cē supimū tra- hētes extra domū. lapidib⁹ obruūt. et sic migrās ad dñm sepulcus est a discipulis suis in ecclesia quā ip̄e ḡstruxerat. Vixit autē scđm cronicas ad minus. lxxxvii. annis.

.LV. **D**e dī- mo alexandrīmo.

Nno valentiniani. viii. didimus alexan- drīmo. multa de nostro dogmate per no- tarios ḡmentāt. Qui post. v. nativitatē sue annū luminib⁹ orbatus est. elementoz quoqz nō ignarus fuit. Rufinus. xi. libro. Didim⁹ in parua etate cum prima adhuc elementa literaroz ignoraret luminib⁹ orbatus. maiori desiderio sciē- tie veri lumis inflamatus est. Audiens scriptū in euangelio. q̄ apud homines impossibile est. possi- ble est apud deū. Vnde p̄fīsus in dño p̄cabat. ob- noxius ut illūtationē cordis acciperet. miscebatqz p̄cib⁹ studia et labore et iuges p̄tūatasqz vigilias

et qd̄ alijs visus illi pferret auditus. Cūqz post lu
cubratōis labore (ut fieri solet) legentib⁹ somn⁹
aduenisset. didim⁹ tanq⁹ mūdū animal ruminās
cibū quē ceperat ex integrō reuocabat. & ea que
dudū alijs pcurzētib⁹ ex libroz lectōe agnouerat
memoria & animo retexebat. Ita in breui deo do
cente in cantā diuinaz humanarūqz rez eruditio
nem ac scientiā venit. ut scole ecclesiastice doctor
existeret athanazio epo ceterisqz viris sapientibus
in ecclesia dei admodū pbat. Sed & in ceteris
sive dialetice seu geometriæ astronomie quoqz &
aristmetrice disciplinis ita erat paratus. ut nullus
vnq⁹ pbroz aliqua ex his artib⁹ pponēs obtinere
eū uel pcludere quiverit. Sed statim ut responsio
nes eius acceperat. maijstrū euz illi⁹ de qua ppo
suerat crediderit discipline. Eius scripta i magna
om̄ admiratione habenē. Nos tamē qui viue ro
cis eius expte aliqua fuim⁹ auditores. longe ma
iorem gratiā ac diuinū nescio qd̄ ac supra huma
nam vocē sonans in illis magis sermonibus q de
eis ore pferebant audiuim⁹. Huc etiā beatus an
thoni⁹ cū fidēi athanasij testimoniū latus adū
sum arzianos de thebaide alexandrina descendis
set. magnificis solatus est verbis. Nichil inquit
te offendit didime. q carnalibus oculis videris
orbatus. desūt em̄ tibi illi oculis quos mures &
musce & lacerte habent. Sed letare q habes ocu
los quos angelī habent. & quib⁹ deus videt per
quos tibi magnū scientie lumen accenditur.

.LVI. De studio & scriptis eiusdez.
Hieronim⁹ in libro viroꝝ illustriz.

Didimus alexandrin⁹ captus a parua eta
te oculis. & ob hoc elementorꝝ ignarus
tantuꝝ miraculum sui omnib⁹ tribuit ut
dialeticā quoqz & aristmetricaz & geometriā que
uel maxime visu indigent vsqz ad pfectuꝝ didice
rit. Hic plurima nobiliaqz scripsit. Comentarios
in psalmes omnes. commentarios in euāgeliā math.
& iohis. & de dogmatib⁹ & oera arzianos libros
duos. et de spiritus sancto librū vnum. quē ego in
latīnu verti. in esiam thomos. xvii. In osee scri
psit ad me commentarioꝝ libros tres. & in zachariā
meo rogatuꝝ libros. v. Et cōmentarios in iob &
multa alia que digerere p̄priū iudiciū ē. viuit vsqz
hodie. & octogēlinū etatis sue iam excessit annū
Actor. Om̄ libroꝝ didimi. nullū in armarijs
que sūt apud nos vspia reperi. p̄ter librū de spi
ritus sancto. quē hieronim⁹ se in latīnu vertisse te
stat dicens. Hieronim⁹ in plogo eiusdez libri.
Volens aliqd̄ gazzire te spiritus sancto. malui alic
ni operis interpres existere. q̄ ut quidā faciūt in
formis cornicula alienis me coloribus adornare.
Legi dudū libellos de spiritus sancto. & iuxta co
mici sententiaz ex grecis bonis latīna vidi nō bōa
Nichil ibi virile atqz distictū. Sed totū flaccidū
molle & nitidū. Didimus vero me⁹ oculū habēs
sponse & illa lumina que incandescentes segetes
hīsus p̄cepit subleuari. p̄cul altius intuēs. anti
quū nobis morē reddit. ut p̄pheta voceē videntis.
Certe qui hūc legerit. latīnoꝝ furea agnoscet. &
sternet riūulos cū cepit haurire de fontib⁹.

.LVII. De petro alexandrinō & lu
cio arziano. Hieronim⁹ in cronicis.

Huno valentimiani ix. alexandrie ordinae
epus petrus. qui post valentis interitū
ut nō nullis suspicionē accepte pecunie inculerit.

Helmand⁹. xlīj. li. Hic est quē beatus athana
sius successore sibi delegerit. Sed ut ait rufinus.
Lucius arziane p̄is epus. tanq⁹ lupus ad ouē ad
uolat. Pecrus aut̄ p̄tm⁹ nauem ascendens. ad vi
bem romā pfugit. Lucius vero tanq⁹ materia sibi
crudelitatis oblata. ita ibat in sanguine. ut nec spe
ciem religionis aliquā seruare videre. Iḡe atha
nasius hoc anno videt mortu⁹. quis hieronimus
in cronicis eius obitū nō ponat. Socrates autē in
histořia triptita dicit eum more ū fuisse cōsulatu
gratiani secūdo de p̄bi. Cōsulatus em̄ tūc t̄pis cō
stantinopoli & rome ānotabanc. **T**heodoricus
Lucio arziano alexandriā venienti. dicebat genti
les beneuenisti episcope. qui filiū nō defendis. te
serapis amat & hoc introduxit. **R**ufin⁹. Hui⁹
primo ingressu. tanta & tam turpia in virgines
& orantes ecclesie gesta sūt. que nec in psecutio
nib⁹ gentiliū memorant. **T**heodoric⁹. Vests
sanctaz virginū dirūpebant nudas p totā vibez
circūferentes. quib⁹ cū turpitudine put poterāt
illudebāt. pueꝝ quendā induitū ueste femina. in
ūctis oculis & vultu fuso colore depicto. super
ip̄m altare hoc & illuc agere et manib⁹ ad turpit
scelerare fecerūt. Postea quendā ex suis turpitu
dine notissimū ueste genitalibusqz nudatū in sede
ponētes ecclesie turpē p̄cionatorem cōtra xp̄m fe
cerūt p̄ sacris verbis sclera p̄frentē. laudantez
luxuriā impietā. fornicationē. masculorū oscubi
tum furtū cibos potuꝝ. **R**ufinus. Post fugas
ciuiū & exilia. post cedes et tormenta flāmasqz q
bus innumerous p̄demnauit luci⁹. Ad monasteria
furoz sui arma puerit. vastat heremuz. & bella
quiescentib⁹ in dicit. triamília siml aut eo ampli⁹
viroꝝ p totam heremuz secreta et solitaria habita
tione dispersos oppugnare pariter aggredit. mit
tit armata equitū ac peditū manuꝝ. Ac illi ecōtra
gladijs obiectabant ceruices. et nichil aliud dice
bant. nisi amice ad quid venisti. .LVIII
De exilio duoz machaniorꝝ. **V**bi supra.

Eo tempore patres monachoꝝ vita et an
tiquitate macharius et ystorius aliisqz
macharius heraclides et pamb⁹ antonij
discipuli p egipciū. et maxime in nītric p̄ib⁹ habe
banē. Que p̄sens vidi loquoꝝ et eoz gesta refero
quoꝝ in passionib⁹ socius esse p̄merui. ad eos de
latus est homo. mēbris omib⁹ et maxime pedib⁹
aridus. Qui cū ab eius in noī dñi oleo fūsser p̄
unctus. statim osfirmate sūt. plante ei⁹. et dicenti
bus eis. In noī dñi nostri hīs xu p̄lū luci⁹ p̄se
qui. surge et sta sup pedes tuos et redi in domū
tuā. Cōtinuo exurgēs et exiliis benedicebat deū
ostendēs q̄ vere in illis erat deus. Cecus quidā
antea rogauerat se deduci ad cellulā macharij qui
erat in icmere diez triū. Qui ml̄to labore ductā
tiū illuc pueniens. machariū nō reperit domi. cō
tristatus valde et in fide p̄ficiens. Dep̄cor vos in
quit applicate me ad illā p̄tem parietis rbi cubare
solet. Quo facto p̄z luti aridī vnde paries oblī
tus videbāt assumens palme sue supposuit. rogat
ut aquā de puteo de quo bibere solebat ei daret.
Quo humore soluēs glebā. eodemqz luto oculos
supungens et lauans de aqua q̄ bausta fuerat de
puteo. repente visū accepit. et sine ductoris amī
niculo ad sua rediit et cū omni domo sua postea
regressus. et deo gratias referens rē ut gesta fue
erat īdicauit. Ad eundē machariū ut iaz superi⁹
dictum est leena catulos suos eccos ante pedes

posuit· quo rogante dñm receperit r̄isū. Sed in
hīs omnib⁹ lucius nō erubuit· nec aliquid reueren-
tie virtutum mirabilib⁹ deculit· sed iussit patres
suos ablatos a grege suo īmo clam raptos in insu-
lam quandā egip̄ti paludū deportari· in qua oper-
erat nemimē prōs̄us esse xpianuz. Igē cū duob⁹
solis pedissequis noctu ad insulā deducunt· i quā
erat templū quondā sūma veneratōne ab incolis
obseruatū. Cunqz primū nauicula senū oram soli
illius otigisset. Ecce subito sacerdotis tēpli illius
filia virgo ab īmūdo sp̄itu correpta· cū īgēti
vociferatione & cūz clamorib⁹ vſqz ad celū datis
p̄ médios agi populos cepit· & crebros ducēs ro-
tatus. Stridens huc atqz illuc rabida ora vibrare.
Cūqz ad spectaculū tanti monstri populū quen-
sēnt· maxime cū esset sacerdotis filia qui in hono-
re p̄cipio apud eos fuerat· p̄ auras eam raptā se-
quentes· pueniūt vſqz ad nauiculā senū. Ibi vero
piecta eorum pedib⁹ & p̄strata clamare cepit.
Quād venissis huc o serui dei sūmi· antiquis nos
& veternōsis euoluere domicilijs. In hoc loco de-
pulsi vndiqz latebamus· quomō vos nequaq̄ latē
potuim⁹· cedim⁹ antiquis sedib⁹· populos n̄foss
terazqz recipite. Hec illa dicente īcrepatu ab
eis sp̄itus effugat̄· & puella sana vna cū paren-
tib⁹ suis facebat ad pedes nostri t̄pis apostolorū.
Qui talib⁹ exordijs p̄dicantes eis fidē dñi nostri
hiesu xp̄i in tantā quæstionē repete eos pduxerūt
ut statim manib⁹ suis antiquissimū illud templū
& in sūma veneratione habitū destruerent· & ec-
clesiā ofestim edificarent. Qd cū alexandrie fuisse
nūciatuz· veritus luci⁹· ne forte etiā suoz odia in
eū iusta surgerent· ut pote qz apte iam bellū non
hominib⁹ sed deo īdiceret· occulte eos reuocari
& ī heremū mitti iubet. **LIX.** **D**e
sancto moysi saracenoꝝ ep̄o. **N**bi supra.

E O tempore mannia saracenoꝝ gētis re-
gina· vehementi bello palestini & arabi-
ci limitis opida atqz vrbes quatere· vici
nasqz simul p̄uincias vastare cepit. Cūqz frequen-
tib⁹ bellis romanū attriūsset exercitū· orata pace
nō aliter se amplexuram p̄mittit· nisi moyses mo-
nachus genti sue dareſ̄ ep̄us. Qui in heremo xp̄i
bus illis xp̄imqua· vitā solitariā degebat· qui mes-
ritis & virtutib⁹ & signis que faciebat p̄ illū de⁹
magnifice īnotuerat. Captus ergo moyses ad sa-
cerdotiū suscipiendū· nulla ratōne passus est se a
lucio ordinari. Sed ab ep̄is quos ille in exiliū tru-
serat ordinatus est ep̄us. Quo facto & gentis fe-
rocissime pacem tenuit· & vitā ītemerata custo-
diuit. Huic moysi dictū ē. **V**ade sede in cella tua
& illa te docebit vniuersa. Idem homo fugiēs ho-
mines· similis est vne maturae· qui aut cū hoībus
versatus· similis est vne acerbe. Idem moyses au-
diens iudicez veniente ad se fugit ī palude. Cū
iudex occurrens querebat vbi esset moyses· quid
inquit vultis ei· factus est & hereticus. Idem ī-
uitatus ī schiti· ad iudicandū ibi fratrez culpabi-
lem· sportā vetustissimā plenā arena portabat. In
terrogatus quid hoc esset· respondit dices· pecca-
ta mea sūt post me sequētia & nō video ea. & ho-
die venio aliena iudicare. Ad hūc moysen dixit.
zacharias serapionis discipulus exuta cuculla &
sub pedib⁹ suis iactata & oculata· nisi ita cōcul-
atus fuerit monachus nō potest monachus esse.
Idem ad hūc zachariā moriente dixit idez moyses
qui d̄ vides· nichil meli⁹ īq̄t q̄ tacere pater. Idez

moyses ordinatus & expulsus ab aleari ut sic pro-
bare dicebat· bene tibi fecerūt cimrate & cacaba-
te & q̄ cū tu homo nō sis ī medio hoīm ausus
es īgredi. Idem moyses ī schiti. viij· fratrib⁹ se-
cum manentib⁹ ait· hodie huic barbari veniūt fu-
gite. Et tu īquiūt nō fugis. Respondit· per tot
annos expecto istā diem ut p̄pleāt sermo domini
Omnis qui acceperit gladiū gladio peribit. Ecce
inquit app̄inquauerūt lamie. Et statim interantes
barbari interfecerūt eos. Vnus aut ex eis pretri-
tus· abscondit se sup̄ plectas & vidit septē coro-
nas descendētes & coronantes moysen & sex fra-
tres. Idem moyses ī. viij. caplis ad perīmeniuz.
Stulticia est hoī relicto suo mortuo· flere alienuz
Mori a proximo tuo est flere peccata tua. & sine
cogitatu esse ab homine. qz iste bon⁹ est ille mal⁹
Idem p̄ has q̄tuor res passio gignē p̄ abundan-
tiā esce & potus. p̄ satietatē somni. p̄ oīiū. p̄ iocū.
H Socrates ī historia tripartita. Moyses cū ser-
uus esset· p̄pter culpas a dño expulsus ē. Qui la-
trocimio deditus homicidia multa omisit. Postea
duersus panē solū īmedens. vij. annis p̄ totā noctē
stant orauit· nec genib⁹ inclinatis· nec oculis som-
no clausis. Noctanter circuibat cellas monachoz
& lagenas oīm aqua implebat· cū aqua longe ma-
narat. x. aut. xx. aut. xxx. stadijs. Qui licet ita do-
maret copus· priorē valitudinem nō amisit. Ali-
quādo aut̄ quattuor latrones simul īprehensos li-
gans īpositos humeris pduxit ad ecclesiā ī vo-
luntate monachoz ponens quid de eis facere vel-
lent. factusqz p̄sbiter ī schiti terribilis demoni-
bus· vixit pene annis. lxxv. **LX.** **D**e
abbate pastore & dictis eius. **I**n vitas patruꝝ.

Op̄mitte abbas pastor ab abbatē moysē
pater quādo veniūt temptatōes· resistā
eis an p̄mitte ītrare. Qui respondit
p̄mitte et pugna eis. Alij vero idez īterroganti
respondit· nō p̄mittas ītrare. Tūc admiratus ab
bas pastor ait. Ego tibi īmittō cogitatōes meas
& tu aliter doces alios q̄ me. Cui senex. Ego tibi
dixi sicut michi ip̄i. qz vbi est maior pugna & ma-
ior corona· quibusdā aut̄ bonū est nō dimittere tē
ptationes ītrare. Dixit abbas pastor. qz pauper-
tas & tribulatio cū discretione sunt vīte solitarie
opationes. Hi sūt tres viri sc̄z noe· daniel· & icb
Noe nichil possidens. Job tribulatus Daniel aut̄
discernēs. Dixit abbas pastor qz ītiū malorū est
mentē distendere. Dixit etiā bonū est fugere cor-
poralia· qz homo qui est ī corporali bello assilāe
ei qui stat sup̄ locū p̄fundissimū· ut qua hora vi-
sum fuerit īmīco eius· facile possit eū īpīgere
deorsuz. Si aut̄ a corporalib⁹ longe fuerit· assilāe
viro stāti longe a putoeo· ut nō erabat eū īmīcū
ut possit pīcere deorsum· & dū violenter trahiē
deus ei auxiliū dirigit. Dixit abbas pastor. Nisi
nabuzardaz venisset· templū dñi crematū nō fuī-
set· ita nisi quies gule & ventris ī animā venerit
nūq̄ mens pugnans ḥtra īmīcū corruit. Dicūt
aut̄ q̄ abbas pastor nunq̄ ibat ad manducanduz·
nisi ḥtra voluntatē & cū lacrimis· ne videre īmo-
bediens fratrib⁹. Dixit abbas pastor. sicut fumo
expellunt̄ apes ne tollat̄ dulcedo operis· ita timo-
rem dñi & omne opus bonum ab animo expellit
quies corporalis. Cūz mater abbatis pastoris volēs
eū vide cū fratrib⁹· diu lacrimata esset extra hos-
tium· ait abbas anui. Quid vult hec vetula. Et
abbas pastor ītra hostium stans ait. An vīs hic

videre nos an in alto seculo. Et illa in alio. Si in
quit equanimitate feras. et non vides hic. videbis
in futuro. Et illa abiit. Voluit iudex priuincie vi-
dere abbatem pastorem. & non acquieuit. Iudex autem
incarcerauit filium sororis eius tanquam malefactorem
dicens. Si rogaret abbas pro eo eriperet eum. Tunc
mater pueri ad hostium fratribus sui fleuit dicens sal-
tem moue at frater viscera tua miseratio sanguis
tui. Et mandauit senex ad ultimum. Examina cau-
sam hinc legem. & si dignus est morte moria. sin autem
fac quod vis. Frater quidam interrogauit abbatem pa-
storem. Quid est quod scriptum est. qui irascitur fratri
suo sine causa. Ille respondit. Ex omni re qua voluerit
te grauare frater tuus. si irascitur contra eum donec
oculum tuum dextrum cecidat. sine causa irascitur ei. Si
autem aliquis te voluerit separare a deo per hoc irascer-
re. Dicit abbas pastor. Est homo qui videtur ore
tacens & corde alios ostendat. Hic sine cessatione
loquitur. Et est quia mane usque ad vesperam loquitur
& taciturnitate tenet. quod nunquam sine utilitate lo-
quitur.

LXI. De ceteris patribus illius
temporis & primo de abbatibus pectorum

En tempore florebant pectorum & ysidorus &
pambus & amonius & bellum & appelles
& serapion & eulogius & dorotheus &
piamon & beniamin & marcus & appollinius &
euagrius & melas & paulus in libia. et or & copres
& mucius & benus. Hoc pector ambulans comedebat
ut minorer sentiret voluptatem. pectorum ad heretum
fodit puteum & aquam inueniens amaram usus
est ea usque in finem vite. crando ut putaret faciens
eam dulcere. Iste cum moyses & eius monachis fode-
rent puteum. & aquam inuenire non possent supuenit
& oratione facta descendit in foueam. Cum tertio
peccassisset terram. mox emanauit aqua. illoque statim
descendente petentibus ut uel ex aqua pectorum gustaret.
Feci inquit propter quod directus sum. Idem pector
duos saccos magni & parvum impleuit arena di-
cens. Saccus iste multum habens arene mea pecca-
ta sunt. & posui ea super dorsum meum ut doleam pro
eis et pectorum. Hec autem sporcilla modica peccata
mei fratris sunt. & sunt ante faciem meam. Hic fuit be-
remita pectorum. quem beatus anthonus adolescentem
in sancto apposito monachorum instruxit. xxx. & am-
plius annis. ex quo egressus est de domo parentum
suo non enim eis usus est. Soror eius cum esset vidua
habens duos filios iam adolescentes. misit eos
in heremam ad requirendum fratrem suum. Ipse vero non
acquieuit petitioni eorum. Perrexerunt autem ad bea-
tum anthoniū indicantes ei pro qua causa venisset.
Misit ergo anthonus & vocauit eum ad se. dixitque
ei. Wade ut videat te soror tua. Tunc assuppsit secum
alium monachum & prexit ad domum sororis sue. Et
stans foris propter ianuam atrij clausis oculis. ut non vi-
deret sororem. stetit & ait. Vide me quantum volue-
ris. Et statim reuersus est ad heremam.

LXII. De abbatibus ysidoro & pambu. Hiero-
nimus in vita patrum.

Honasterium ysidori erat apud thebaidam
muro circundatum mille monachos habens
Senior sedens ad ianuam & a lege intrantes
recipiebat ut ultra non exirent. Actor ergo sta-
bilis loci etiam tunc firmata est. quam tamen beatus
benedictus dicit inuenisse. id est. scripto primus
confirmasse. Idem in vita patrum. Ad suscipien-
dos autem hospites habebat cellulam sibi adherentem
Huius ysidori dictum est. Ex quo factus sum mona-

chus non permisi iracundiam usque ad fauces meas ascen-
dere. Abbatum moysi imposuit durissimam impugna-
tionem fornicationis demonum. ut non puereret sedere
in cellula sua. sed abiit ad abbatem ysidorem & retur-
lit ei impugnationis sue violentiam. Cunqz de scri-
pturis sanctis ysidorus solare eum. et ut ad cellu-
lam suam reuertere rogaret. noluit. Isidorus ergo
pariter cum moysi ascendit in superiora cellule sue
et dixit ei. Respice ad occidentem. et videt multitudi-
nem demonum cum furore. quasi ad prelium preparatos.
Dixit autem ei ysidorus. respice iterum ad orientem. et
videt multitudinem sanctorum angelorum gloriosam et
splendentem super lumen solis. At autem ysidorus. Ecce
quos in occidente vidisti ipsi impugnant sanctos
dei. Nam quos ad orientem expelsti. ipsi sunt quos
in adiutorium sanctis suis mittit dominus. Cognosce
ergo quod plures sunt nobis cum sicut dicit helius quod
maior est quod in nobis est. quod qui hoc in mundo. His
proferatus moyses reuersus est in cellulam suam. Ab-
bas ysidorus quotiens illi cogitatione dicebat. quia
magnus es. Respondebat ad se. non quid talis sus
qualis ille. Cum vero demon turbans eum. suggere-
bat ei desperationem. dicebat. Quaenam ego in torni-
tis mittar. tamen vos subtus me inuenio. Pambus
cum sine literis esset. accessit ad quendam ut doceret
psalmum. Qui cum audisset primum versum psalmi xxxvii.
i. Dixi custodiā vi. m. ut non de. i. li. i. m. Scđm
voluit audire. Satis est inquit. Si huc implere po-
tero. michi sufficiat. Requisitus postea quare in. vi
membris non redisset. Qui inquit illi versum nondum ope-
ratus. Post multum requisitus a quodam. ut illius
impleret. Vix inquit. xli. annis illius implere po-
tui. Huic quodam auro dante ad cibaria. pauperum
et dicente numera. Respondit. Quod dedisti non eget
numero. sed salubri tantum effectu. Hic rogatus
ab athanasio descendit alexandriam. ubi cum videret
mulierem theatricam fleuit. requisitus quare fleret
ait. Due res me mouet. Una est illius pretio. Altera
quod non habeo tantum studium placendi deo. quatuor
illa turpibus hominibus. De hoc dicebat isaac. pa-
tres nostri et pambus abbas vetustas et de multis
potibus resarcitas vestes ritebantur. Nunc autem quod pre-
ciosis utimini deseratis hunc locum. Item theophilus
archiepiscopus volebat in schitum edificari ab abbe pâ-
bo. Qui fratribus rogantibus ut aliquid ei diceret
respondit. Si taciturnitate mea non edificat. neque
in sermone edificabitur. Ideo sicut apis quocumque va-
dit mel operatur ita monachus. Abbas pambus in
hora mortis ait. postquam veni in hac solitudine et fa-
bricauit michi cellam extra labore meum non recolo
panem me premedisse. nec penitus de simone que
locutus sim usque in hanc horam. et sic vado ad deum
qui nec dum incepimus fecerim seruendi domino deo. Fra-
ter requisuit abbatem pambum. si bonum est laudare
proximum. respondit senex melius est tacere.

LXIII. De ammonio et heleno et
appelle. Hieronimus in vita patrum.

Totimus inter eos ammonium sapientissi-
mum virum. Huius monasterium erat muro
circundatum. quod in illis locis ex lateibus cru-
dis facile fieri solet. Socrates. Ammonius erat
dicitissimus originis didimus discipulus a iuuete-
te usque ad mortem propter panem assum nichil come-
dit. Hic adeo sine curiositate fuit ut cum athanasio
romam veniens. nullum opus ciuitatis inspiceret. nisi
tantum ecclesias petri et pauli. Hic electus in episcopum
dexteram sibi amputauit aurem. Hic a nullo visus est

irascens. aut iurans. aut mentiens. aut vanus. uel asperg uel infirmū ptulisse sermonē. Helli nū si. nu portabat ignem. & uestis eius nō ardebat.

Actor. Hūc bellum hieronim⁹ in vita patr⁹ appellat helenū. de quo dicit̄ inferi⁹. Appelles egipcius ut legi⁹ ex fabro ferzario ouersus est. Qui quadā die hoc opus exercens. demone⁹ cū tēptantem in specie mulieris forcipib⁹ cāt entib⁹ p̄ usit in facie. qui stridens & ingemiscens pcul fugit. Hieronim⁹ ait q̄ nuda manu de ferro cādēte dia bolum p̄ ussit transformatū in mulierē speciosaz ex quo in vsum habuit ferzū candēs nuda manu tenere nec ledi. Hic narrabat de quodā iube qui sub ciuīsdā saxi rupe tribus dīmuis annis orauit stans nūq̄ rēsidens vel iacens somni tantū capiens quantū stans capere potuit. Cibū nūq̄ sup̄st̄ nisi dñica die. cū p̄sbiter ad eū veniebat & ottere bat p̄ eo sacrificiū & hoc erat ei sacramentuz & victus. Pedes eius dirūpebanē & sanies ex eis p̄fluebat. Cōpletisqz trib⁹ annis ab angelo sanatus est. & repletus scientia & doctrina multosqz edificauit. dñica die semp̄ reuertens ad illū locuz sacramentoꝝ gratia. Reliquis dieb⁹ ope manuuſ faciēs iumentoz cingula de palmar⁹ folijs texēs ut in illis locis haben mos est. quib⁹ cingulis iumentoz infirmitates sanabane. Hanc quoqz graziam habuit. ut vnicuiqz frātrum scriberet de quo peccato uel vicio. uel de quo v̄ retutis ope quisqz ceteris p̄mīneret. .LXIII. **D**e serapione theone euologio & dorotheo.

Tregione arsenoite scraptionē vidimus patrem x̄ miliū monacho: uz qui omnes ex p̄prijs labo:ibus cibos. p̄cipue messis tpe mercede manuu squirebant. Hoc autē moais est nō solū ip̄is sed & omnib⁹ pene egyptijs monachis. ut messis tpe se locent ad metendū. atqz ex ea mercede octogenoz vnuſquisqz modios frumenti plus minusqz oquirit. Vnde nō solū regio nis illi⁹ indigētes alun̄. sed & alexandriā n̄ ues bonuste frumento dirigunt̄ uel in carcere reclus. uel reliquias egentibus peregrinis. Neqz em̄ mera egyptū sufficiūt pauperes. qui possint nimie eoꝝ fructus largitatis assu nere. **I**n vita patrum. Abbas serapion quādo erat iuuenis. pastinaciuz furabat quē occulte māducaeret. Theona autē faciente sermonē de clementia. peccātū cōfessus est corā omnib⁹. & velut lampas ignis egressa est de sinu eius. & impleuit totā domū fetore. Dixit abbas theon. Sic nichil est noxiū monachis & letiskat demones. q̄ celare cogitationes patrib⁹ sp̄ni tualib⁹. **S**ocrates. Theonas pater fuit triū miliiū monachoz scientissim⁹ grecar⁹ & latinar⁹ literarum. xxx. annis dicit̄ tacuisse. **H**ieronimus in vita patrū. Vidim⁹ et aliū sanctū cheonam in sua cella clausū solitariū. ut dicebat. xxx. annis silentiū tenuisse. **A**ctor. Huic apparet q̄ in toto illo tpe quo silentiū tenuit nō fuit pater alioꝝ monachoz. Nō em̄ tanto tpe posset tenere silentium. sed post illud tricēniū factus est abbas. Sanctus p̄sbiter cogitationes hoīm p̄sciens. cū videt̄ quosdam ex monachis indigne velle omnicare. remouebat singulos dicens vnicuiꝝ tu hac nocte fornicationis desideriū habuisti. Tu vero dixisti in corde tuo. nichil interest vtrū iust⁹ uel peccator accedit. & hos omnes & sin'les remouebat. donec omnes p̄ penitentiā purgarent̄. **S**ocrates. Dorotheus genere thebe⁹. quotid ie lapides a ma-

ri colligebat. & singulis ānis hospī iū edificabat & nō valentibus edificare dabat. Noctibus autē ppter eoꝝ cibū faciebat spozas ut vendēt. Nūq̄ visus est in lectulo soporat⁹. uel p̄req̄ne pedes extendisse. & sepe cī dormienti cibus ex ore la bebat. Aliquādo somno grauatus cecidit in ster core. exp̄gfectus & cōtrist̄. tūs ait sub silentio. Si angelis dormire suaseris & michi vlt̄ter? sua debis. Huic laboranti dixit quidaz. Cur ita perīmis copus tuuꝝ. Respondit q̄ illud occidit me. Hui⁹ cibus omnīmo absqz ignis ope fuit. hui⁹ cel lulam cū latrones eū aurū habere estimarēt. quodam tpe in uidentes. ita orationib⁹ eius soribus affixi sūt. ut penitus mouen nō possent. donec cōsueta hoīm multitudo adueniret. Quos ut vide rent. igne oburendos trahere conabant̄. Tūc vir sanctus necessitate loqui cōpulsus ait. Simite eos abire. Alioꝝ sanitatis gratia fugiet a me. Sola em̄ manus impositōe offerebat de qua cūqz egredie dīme sanitatē. Illi vero his audit̄. & monachi facti sūt & penitentes abire dimisi sunt. Hic etiā sanctus quotiens hominib⁹ respondebat in tabulis scribebat. Dicit̄ etiā p̄ noctib⁹ ad heremū p̄diens plurimo bestiarum comitatu vtere. quib⁹ tānq̄ pro laboris remuneratione aquaz de puteo suo hauriebat. .LXV. **D**e piamento beniamī & marcho.

Piammon presbiter dū sacrificaret. vidit angelū cōtra altare stantem. monachos plentes in codice scribentē. & delentem absentē. **H**ieronimus. Piammon eo tpe quo fratres ad omniū candū accedebat. videbat angelum dei stantem iuxta altare. & scribentē in libro quorundā nomina. alioꝝ nō scribentē. quoz vnū quenqz seozū discutiens. inuenit in singulis mortale peccatū. & cū eis tāc iu flevit donec cū ceteris a scripti sunt. **S**octes. Beniamin senex ydro picus intantū fuit. ut p̄ ianuas celle sue nō poss̄ efferi. nisi ianue cū tabulis antepositis tollerent̄. Qua passione laborans. viij. menib⁹ ante mortem sedens in cella latissima. solenniter curabat egrotantes. rogans ad se uidentes ut orarent deuꝝ p̄ anima eius. de corpore nō curantes. q̄ & dū ianu eset inquit. nichil michi p̄fuit. In schītī marchus dū ad sacramenta accederet. angelus ei sacramenta p̄bebat. cui⁹ manū tantūmodo vſqz ad iūcturam brachij videbat. **I**n vita patrū. Marchus scriptor antiquarius vocatus. dū scribere o reliquit imperfectū. Hic marchus vestitus erat sacco scisso & recōsuto. facie tincta de fuligine culine. Vnde a matre nō est agnitus ad quaz clausis oculis egressus est. Hic siluanī discipulus fuit hic ait ad arseniū. Quare nos fugis. Qui ait diligo vos. sed nō possim esse cū deo & cū hominibus. Superiorū quidē virtutū milia vnaꝝ habent volūtatem. vnuꝝ aut̄ homo plures habet voluntates.

.LXVI. **D**e siluano et ei⁹ discipulis. **A**bbas siluanus diu in excessu mentis factus est. & exurgenz flevit amare. rogātib⁹ aut̄ fratrib⁹ causaz fletus ait. Ego ad iudicium raptus sum. & multos vidi de habitu nostro euentes ad tormenta. multos seculares ad regnum. & lugens senex solebat exire a cella sua. s̄ quādo exire cogebat. operiebat faciem suā dicēs. Quid necesse est videre lumen istud t pale. in quo nibil est veile. Abbas siluan⁹ dū cū discipulo suo zacharia ad quoddā monasterū suum queauit.

fecerūt eos monachī pāz comedere. Postq̄ vero
egressi sūt. inuenit discipulus aquā & voluit bibe-
re. Cui abbas ait. hodie ieiū iū est. At ille Nūqđ
hodie nō comedim⁹ pater. Et dixit ei. Illa esca ca-
ritatis erat fili. nos aut̄ itez ieiunium teneamus.
Quidā peregrin⁹ supuertit ad abbatem siluanuz
in mōte sinai. & videt q̄ fratres opabant. & dixit
eis quare operam̄ escam q̄ perit. maria aut̄ bonā
p̄tem elegit. Tūc dixit senex discipulo suo zacha-
ne. Da illi codicem ut legat. & mitte eū in cellula
que nichil habet. Hora aut̄ ix. cīcūspiciebat fra-
ille. si forte eum senex vocaret ad comedendum.
Postq̄ transiē hora venit & dixit ei. Nūquid ho-
die nō comedērūt fratres. abba. quare me nō vo-
castis. Dixit abbas. tu homo spiritualis es. & non
necessē habes hac esca. Nos quasi carnales opus
habemus ḡmedere. & ideo opamur. tu aut̄ bona
p̄tem elegisti. Qđ cū audisset cepit penitēre & dī-
cere. indulge michi abba. Tūc respondit. ergo ne-
cessaria est macta marie. Hui⁹ siluani discipulus
fuit zenon. qui ait. Nūqđ maneras in loco nomiāto
neq̄ cū homme habente magnū nomen. Idem ze-
non fratrib⁹ de scripturis querentib⁹ ait. Reliq-
runt fratres peccata sua & celestia sectan̄. Idez
occupiscens cucumerē. ait intra se. Fures ad torn-
ta vadūt p̄ba te si potes ferre tornēta. Et stetit
in caumate. v. dieb⁹ defricans se in sole. Huius
siluani fuit alter discipulus ut dictū est zacharias.
Is cū sepem orti amouisset cū fratrib⁹ ut faceret
ortū maiorem. dixit siluani. Nō ingredior in hāc
cellam. nisi sepis in loco suo fuerit reuocata. Itez
zacharias videt fratre suū siluani in extasi. a mane
usq̄ horā decimā. & cū vidisset eum quiescentem
coegit eū lacrimādo dicere quid vidisset. Tūc ille
In celū raptus fui & vidi gloriā dei. & illuc stet-
isq̄ modo. & nunc dimissus sum. Hic zac̄arias
deposit palliū suū sub pedes suos. & oculauit
& dixit. Nisi quis sic fuerit oculatus. nō potest
esse monachus. Appolloni⁹ cū nullā artē sciret. ci-
baria & medicamina laborantibus ex p̄p̄ils pecu-
nijs ḡparabat. singula monasteria circuientis vīqz
ad horam nonā. & languentes visitans et eis mi-
nistrans.

.LXVII. De sancto ap-
pollonio.

Hieronimus.

Adīm⁹ in finib⁹ hermopoleos. ad quem
saluatorē cū maria & ioseph fugisse tra-
dunt. Ibi erat templū quo īgresso sal-
uatorē. omnia ydola corruerūt. & omīnuta sunt.
In finib⁹ illis erat appolloni⁹ pater. d. monachorū
fere octogenari⁹. xv. at huc annoz erat cū seces-
sit in heremū. ibi. xl. annis ouersatus est. Ad quez
cū diceret dñs. Appolloni p̄ te ydola egypti sub-
uertā p̄ te p̄daz sapientiā sapientum. Ait Auser a
me dñe iactantiā. Et dñs ad eū. Mitte manū tuā
ad ceruices tuas. & qđ ḡphenderis ḡstringe & s̄b
arena obrue. At ille mīcta manu apphendit qua-
si paruulū ethiopē. & demersit sub arena claman-
tem. Ego sum supbe demon. Tūc ait vox diuina.
quidqđ d̄ cetero poposceris ḡsequeris. Facta sūt
hec tpe iuliani apostate. Sanct⁹ aut̄ appollonius
cū quidā fratriū suorū captus esset a iuliano. per-
rexit & ḡsolatus est eū. ut patien̄ ferret que ei in-
ferebant. Tūc adueniens tribun⁹ iueniens vīz
sanctū. & ira motus. iussit etiā illū cū ceteris iclu-
di. Qđ & factū ē. Media aut̄ nocte apparuit lux
magna in carcere. & angelus ianuas aperiens. ro-
luit omnes incarceratos educere. Ille vero moraz

sier̄ ḡsoluit usq̄ mane. Tūc custodes pedib⁹ san-
ctorū aduoluti ḡrogabant eos discedere. Mane aut̄
factio venit cētūrio & iussit eos discedere. Quia
in eadem nocte terremotu dom⁹ sua concidit. &
electi fumulorū suorū mortui sūt. Et sic sancti cū
hymnis & laudib⁹ remearunt. Post hec genibus
p̄dicans multa milia boīm ouertit ad fidē signis
& miraculis infinitis. Persecutōis tpe egress⁹ est
ut captiuos visitaret xpianos. Cūqz quodā cōso-
laret. inuentus est a iudicib⁹ & incarerat. Qui
dam vero gentilis philemo noīe famosissim⁹ eū
opp̄obrijs & otumelijs affecit. Cui appollonius.
Misercat ubi de⁹ fili. & nichil horū que dicas tibi
deus imputet ad peccatum. Ille vero hoc auditō
p̄punctus est. & statim se xpianū ḡfessus est. Iu-
dex vero hoc auditō iratus. iussit ignē fieri et eos
in medio pīci. qđ & factū est. Interiz vir sanct⁹
orauit ut ad gloriā nommis xpī ignis extīgueret
& statim ignis rore celi diffuso extīmctus ē. Qđ
ut vidit iudex cito oritus est. & credidit in xpīm
Tandē ducti sunt in vinculis corā p̄fecto. sed &
qui duxerūt eos oriti sūt. & xpī nomini adberen-
tes. etiā ipi vīcti sunt. & iussu p̄fecti (qr noluit
eos audire) in mare pīecti sunt. Sicqz aqua pa-
sionis facta est eis aqua baptismi & pīecti mare
corpora simul oīm in aridā simulqz sepulti egritu-
dines sanāt. & orationib⁹ pie petentiū adhuc ibi
subueniūt. Centū orationes vir sanctus totiens
flexis genib⁹ p̄ diem & totidē p̄ noctē cōplebat.
Indumentū eius erat stupeū collobiū & lintheiz
quo collū & caput obuoluebat. q̄ dicunt in deser-
to p̄mansisse nūqđ veterata. Circa hūc sanctū erat
tēplū & simulacru qđ sacerdotes p̄ iperādīs p̄ aq̄s
pluivialib⁹ circūferabant. quos oēs orando stare
fecit immobiles & nec bob⁹ adhībitis potuit mo-
ueri simulacrū. Sic steterunt tota die ac nocte ra-
pidissimis estib⁹ adusti. Tandē scientes hoc ē p̄
sanctū accidisse incenso simulacro crediderūt in
domino. .LXVIII. De eodem.

Primis adhuc dieb⁹ cū cepisset habitare
in spelunca. aderat dies sanctus pasche.
Erant eis tantūmō pauci & siccī panes
& olera ex his que sale aspersa reponi apud eos
solent. Iusit ergo fratrib⁹ ut petere vñusquisqz
a dño si quid in die festo sumere libenter habeat.
Qđ illi iusserūt eū facere. Cūqz optiesset orationē
Et omnes respondissent amen. Ecce repēte ante-
fōres spelūce vident astare homines sibi penitus
ignotos. cū magna ciborū copia. i quib⁹ erāt qđā
que omnino in egypti regionib⁹ nūqđ vista sūt. po-
mōz genera. & magnitudo. incredibilis vue. nu-
ces. fici. & malapunica. fāui mellis. & lactis co-
pia. nuclij quoqz ingētes. panes candidi & mūdi
qui tamen peregrine viderēt esse pūncie. Vini
vero qui hec acculerant. statim ea tradiderunt. fe-
stinanter quasi ad eū a quo misi fuerant regressi-
sant. Moꝝ tanta fuit copia. ut usq̄ ad diem pen-
theostes quotidie mīstrata sufficerent. Illiqz cer-
ti erant. q̄ a deo solennitatis gratia sibi missi fue-
rant. Quidam ex fratrib⁹ p̄poscit ab eo. ut sibi
dareē humilitas & mīfuetudinis gratia. Quo
orante p̄pletū est. Ora fāme omnes habitatores
loci venerūt ad eū cuz vxorib⁹ & paulis. qui ius-
sīt eos pascere donec nō haberet nisi tres sporas
panis. qui vñus die vīctum monachis p̄bere de-
bebant. quaz etiā iusit p̄ferri ē mediū. & eleuat̄
ad deū manib⁹ ait. Nāquid nō potest manus dñi

multiplicare hec sicut dicit spiritus sanctus? Nō deficiet panis in sportis his· donec satiemur omnes de fructibus nouis. Quatuor ergo omnis mensibus non cessavit erogari panis de sportis· nec de esse potuit aliquando. Motus ergo dyabolus ait ad eum. Nūquid helias es tu· aut alius alias prophetae· aut apostolorum· q̄ hoc facere ausus es. Qui ait. Quid inde. Nōne prophete & apostoli homines erant· qui nobis & fidei suā & gratiā tradididerūt. Aut tūc deus p̄sens erat· nūc vero absens. Morris erat apud eum· ut fratres eius nō prius cibis sumerent q̄ omniōnē dñicam p̄cipierent circa horā nonā· & post hoc interdū sic usq; ad vesperā pma nebāt· verbū dei audientes· post hoc cibo sūpto aliij ad heremū secedebāt p noctē totam diuinas scripturas memoria recolentes. Alij p̄cepta gratia xp̄i· statim discedebāt· scz soli spirituali cibo ostenti· & hoc faciebant p plurimos dies. Lubebat fratres semp gaudere dicens. Tristē gentiles· lugēant iudei· plangant sine cessatione peccatores. Iusti vero letenē. Nō oportet proslus messe tristiciā bis quib; salus in deo est· & spes in regno celorum. Nam bi qui terrena diligunt sup fragilibus & caducis rebus letant. Nos qui tante glorie spem & eternitatis expectationē habemus· cur nō omni exultatione gloriemur. Dicbat quoq; p̄ptea fratres aduenientes traditum est adorandos esse· ut certū sit in aduentu eorum· aduentū dñi haberī. Sic em & abrahāam suscepit eos qui homines videbanē. dñs aut in eis intelligebāt. Interdū etiā cogere debemus fratres ad corporalē requiem otra ipoz voluntatē. Monebat ut si fieri posset· quotidie omnicarent monachi· ne qui se faciat lōge ab his· lōge fiat a deo. Ieiunia legitima· id ē q̄rte & sexte ferie dicebat nō esse soluenda. Quia q̄rea feria iudas dñi traditionem cogitauit· & ipē dñs sexta feria crucifixus est. Videbiq; qui in his diebus sine aliqua necessitate soluit statuta ieiunia· uel cū tradente tradere saluatorem· vel cū crucifigente crucifigere. Si ergo his dieb; supuenerit aliquis· ponenda est mensa ei soli· qđ si noluerit nō est cogendus.

LXIX. De euagrio palladio mela & paulo. Socrates.

Erat tūc t̄pis euagrius duorum machariorum discipulus· a gregorio nazāeno dyaconus ordinatus. & cum eo descendēs in egyptū· & viros illos inspiciens· vitā illoq; imitabāt. Hic archidiaconus gregorii aspectu erat pulcerissimus· & circa cultū vestis ornatus. Cūq; zeum quidāz senatorz zelotipus vxori sue nosset esse nō nullū· mortē ei pabat. Euagrius aut ridit in somnis· q̄ quasi p crimine p̄phensus esset· ferroq; vīn etus pedes & manus ad supplicium ducere. Qđ dū fieret· quidā p̄culit euangelium. & pmisit eum esse liberandum· si a cōstantinopoli recederet. Iōq; p̄culit sibi iureiurādo pmitti· & ille tactis euagelijs· hoc se facere pmilit. & vinculis solutus. Exrectus est· & credens visioni pericula declinavit & venit hiersolimā. Is duos libros valde utiles scripsit· quorū vñ est de actuali vita intitulatus monachicus. Alius appellatus cognitionalis.

Socrates. Huius euagrii discipulus fuit palladius cuius liber & de his & de illib; affluenter loquitur. Hic ait. Oportet & discere que nescimus & fideliter docere q̄ nouimus. Inter hos erat & melas ep̄s ad cuius ecclesiam cuī venissent qui ep̄os arrianis resistentes exilio deportarent. Viderunt eū tanq;

